

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Judas der Ertz-Schelm, Für ehrliche Leuth

oder Eigentlicher Entwurff vnd Lebens-Beschreibung deß Ischariotischen
Bößwicht; Worinnen unterschiedliche Discurs ...; welche nit allein einem
Prediger auff der Cantzel sehr dienlich fallen ...

Anjetzo aber verm, verb., vnd auff das neue herauß gegeben

Abraham <a Sancta Clara>

Saltzburg, 1691

Approbatio

[urn:nbn:de:bsz:31-131096](#)

RO.
S.
bo-
nto
Pri-
fimi
am
vel
ripi
nde

heol.
ac Re-
Con-
on B.V.

RO-

APPROBATIO
REVERENDI PATRIS PRO-
VINCIALIS.

EGO Infrascriptus facultatem libens libens impertior, ut Judas Proditor in Lucem prodeat, dummodo qui loculos habuit, oculos non offendat. Idcirkò eundem Patribus ad id deputatis justâ trutinâ ponderandum confidi.

Fr. AMBROSIUS à S. Maximiliano Fr.
Erem. Discal. S. August. Pro-
vincialis per Germaniam.

Approbationes Theologorum.

DE Traditore pessimo tradidisse optimè R.P.nostrum Abramham à S. Clara, luculentum perhibet testimonium opus præsens, quod jussu R.P. Ambrosij à S.Maximiliano Provincialis nostri per Germaniam accurate perlegi, nil orthodoxæ fidei dissonum, verum omnigenâ eruditione, parique doctrina refertum reperi; per consequens, huncce Judam Christiano obfuturum minimè, sed profuturum maximè nullus dubito. Quare, ut prodeat, dignum censeo.

Fr. ELIAS à S. Januario Superior,
& Magister Novitiorum ad
S. Annam Græcij,

APPROBATIO.

JUSSU R. P. Ambrosij à S. Maximiliano Ordinis S. Augustini
Prioris Provincialis Judam (sub titulo) Den Erz-Schelm re-
vidi à me lectum, qui sibi in lectum selegit patibulum ac per funem si-
bi finem accivit & lethem. Nihilominus adinveni hujus Archi
Nequam, qui sibi ipsi displicuit, suspendium quærens, nequitias ca-
stigatas moribus, omnibus fore caras, ob raram tanti Authoris
methodum, & charas, ob variegata documentorumfluenta. Et
licet hic adulterinus Apostolus sit adulitus tenebrarum hospes, non
lucis filius, quia filum vitæ sibi succidit laqueo ; tamen in lucem ut
prodeat, exinde meretur, cum sit omnigenis Doctrinæ radijs
illuminatus. Jam iordet adagium, rufam barbam, quam sua per-
fidia posteris infamem fecit, raro bone fortis esse; ego enim mali
sub eâ reverâ offendì nihil, ut potè omnia fidei nostræ, ac bonis
moribus consona. Imò illam hic exquisitus ingenij partus à
colore & pallore auri plurimum commendat, quia in hoc Rufi-
barbato non nisi aureè celatos Christianorum dogmatum concep-
tus, & ideo totum optimum reperi celatum. Quocircà Apostamat
hunc reprobum, improbum Apostolum tot, & tantis refertum eru-
ditionibus, minus non, quam approbare censui.

Fr. ALIPIUS à S. Bartholomæo Con-
cionator Ordinarius ad S.
Annam Græcij.

INDEX